Alius puluis trahitur ab Auicenna qui ta fen.quarti canonis.c.de fractura cranei hic puluis capitalis generaliter ab omibus medicis habetur in vsu ⁊ est conueniens pꝰ abrasionem ossis ⁊ digestionem vlceris : ⁊ ipsius mundificationem ⁊ ad generationeȝ carnis super osse discooperto:⁊ etiam sup panniculo dicto duras mater si super eo aspergatur cuius hec est descriptio. recipe sarcocolle thuris preos.sanguinis dracōis mirre aristologie longe.a.ptes equales fiat puluis factus solum ex limatura calibis assumptus cum zuccaro roseo. Et dosis ē ȝ.i.ʒ.cum.ʒ.ij.zuccari supradicti in forma pillularꝫ seu electuarij.debet tamen pdicta limatura calibis pluribus.⁊ pluribus diebus in aceto infundi:⁊ sic melius exsiccari aliter eius vsus non esset conueniens:licȝ qdam ipsam limaturam preparent ⁊ infundant quandoqȝ in lacte caprino:et quandoqȝ in aqua lactis:⁊ quandoqȝ in oleo amigdalarum dulcium et sic assumunt eum et nō est maluȝ vt eius asperitas remoueatur hic puluis modo supradicto assumptus ieiuno stomacho est valde cōueniens habentibus pstrationem appetitus et relaxationeȝ villorum stomaci ex humiditate superflua illam desiccando.vnde virtus digestiua stomachi multum vigoratur ex eius assumptione.Confert etiam principaliter caȝesie et corporibus quibus habitudo corrumpitur et quibus corpus citrinatur cum admixtione coleris cinericij. vnde cōuenit principio idropolis.epar confortaudo ac vigorādo in virtutibus suis.Et generaliter ē conueniens ad desiccandum omnes putredines et corruptas materias vbicunqȝ cōtentas in membris nutritiuis.

Puluis aliꝰ ab exptis cyrurgicis multum habetur in vsu:q solū ē factus de aluie de roch adusto et est valde ɔueniēs in vlceribus fraudulētis carnē fortiter corruptam remouendo et bonā generando et eiꝰ mordicatio ex adustione remittitur:et cōuenit i vlceribus putridis oris gingiuarꝫ et lingue lauantur enim vlcera pfunda carnosa et fistulosa cū tali puluere infuso in aqua ordei quandoqȝ in vino:et qñqȝ in lixiuio.fm ꝙ querimus maiorem vel minorē exsiccationem et abstersionē:ut talis liquor meliꝰ attigat ad pfundū vlceris:dȝ tñ colari pdictꝰ puluis a liquore in quo infundit: et sufficit virtꝰ q̄ remanȝ in liquore qñqȝ ɔuenit pdicta vlcera cū cānula argētea clisterizare.

Aliꝰ ē puluis cuiꝰ vsus ē cōueniens post digōem hūoris euacuādi et est principaliter solutiuus materierꝫ flegmaticarꝫ cōtentarꝫ in iuncturis attrahens a remotis. Et iō cōuenit si debito tempore assumatur podagricis sciaticis et alijs passionibus iūcturarꝫ cuius hec est descriptio. Recipe turbith.ȝ.i.hermodattilorꝫ.ȝ.ʒ.ʒiȝ.℈.i.zuccari.ȝ.ʒ. Et dosis est vsqȝ ad.ȝ.i.ʒ.de mane cum iure pulli: vel alio liquore cōuenienti.

Puluis in colica.ȝ.ij.cimini cū vino calido de mane ieiuno stomaco et ē curatiuꝰ et pseruatiuꝰ si aliqbus diebus continuetur eius assumptio.

Mundificans cerebrꝫ.
Mundificans sensus.
Oculos confortans.
In paralisi.
Pectus mundificans.
Ad asperitatem canne.
Tussi antique.
Appetitū incitans.
Stomaci digōem ɔfortans.

Epar mundificans.
Ictericie.
Idropisi.
In colica.
Renum ⁊ vesice lapidem curans.
Retentioni vrine.
In fluxu emorroidarum.
Pro podagricis
Defedationi cutis.
Solutiuum flegmatis salsi.
Solutiuum flegmatis ⁊ colere.
Solutiuum flegmatis grossi.
Solutiuum melancolie.

De pillulis.

Ecima distinctio est de pillulis pro introductione dicendorum aduerte q̄ ꝓpter duas vtilitates ⁊ iuuamenta principaliter pillule fuerunt adinuente. Et prima vtilitas est ꝓpter earum displicentiam in sensu gustus. Secunda vtilitas est vt magis a remotis attrahant materias in eis contentas maiorem moram in stomaco contrahendo. Medicine autem liquide solutiue: quia cito descendunt de stomaco: paucam in ipso moram contrahunt: ⁊ ideo non sunt tante potentie in attrahendo ⁊ soluendo humores quantum sunt pillule.

Ulterius notandum q̄ vsus pillularum non est multum regularis: nec conueniens i principio febrium acutarum: nec in principio febrium quietarum flegmaticarum. nā cōmuniter pillule componuntur ex medicinis simplicibus multe acuitatis ⁊ caliditatis. vnde ex earum complexione inducunt inflammationem in corporibus occulte febricitantibus. nec cōueniunt in quietis flegmaticis in principio cum materia sit parua ⁊ occulta ⁊ indigesta: tales autem pillule facte ex medicinis fortiter solutiuis que conuenirent in ꝓcessu talium febrium ⁊ digesta materia in principio non conueniunt ꝓpter agitationem ⁊ motionem in ea. potiones āt puta cum decoctione ⁊ admixtione simplicium adinuicem. possunt remitti in ipsarū caliditate si qua esset superflua in solutiuis componentibus ipsam. vnde ꝓhibentur ēt in principio febrium acutaꝝ. si medicia potabilis sit lenitiua: ut facta ex cassia vel māna cum leuissima dosi medicine solutiue admixte cum eis: ut cū modico succo rosarū verbi gratia que medicia dr̄ cōmuniter minoratiua cū qua completa digestio i materia non est expectanda in egritudinibꝰ materialibus. Ultimo nota q̄ pillule fortes ⁊ solutie debilibus ⁊ quibus virtus stomachi ē deiecta non sunt exhibende: quia in talibus neq3 liquefiunt neq3 ad acta reducuntur anxietatem magnam in hmōi corporibus inducentis. ⁊ etiam multū extenuatis pillule paruum inferunt iuuamentum imo potius in eis sunt ꝓhibende.

Pillule alefangine. Et est interpretatio pillulaꝝ de aromatibꝰ ꝓpter aromata multa: que ingrediuntur eaꝝ compoēm. Iste pillule generaliter habent̄ in vsu ⁊ prepata repeiuntur. Ipse enim sunt multe securitatis ⁊ habent iuuamenta multa. nam principaliter confortāt virtutē digestiuā stomachi desiccando materias putridas ⁊ corruptas in eo. ⁊ illas euacuando incitant etiā appetitum: sed principaliter mūdificāt cerebꝝ ⁊ instrumenta sensuum ab humoribus frigidis viscosis ⁊ grossis. vnde summe cōueniunt ad preseruanda corpora laxa: ne in egritudinem incidant. ⁊ possunt tales pillule continuari absq3 lesione ab hijs quibꝰ cōueniūt sicut pillule cōmunes ⁊ melius q̄ componuntur ex solo aloe mirra et croco: nam in eis non ingreditur aliud solutiuum q̄ aloes quod per ablutionem in sua potētia remittitur. Et istis pillulis. M. Mar. vtebatur quasi in omnibus passionibꝰ materialibus cerebri et stomaci frigidis cū admixtione aliquali colere. Et sunt tarde solutionis. Et dosis ipsarum esse potest vsq3 ad ℥.ij. tamen communis vsus est vsq3 ad ℥.i. et maxime purificant neruos et nuchā.

℞. carpo. balsamū ⁊c.

Pillule stomatice caput et stom confortant: plures ipsaꝝ descriptiones ponūtur. Et sic ſm diuersitatē magistroꝝ diuerse descriptiōes eliguntur. ⁊ iste prime a quibusdam habētur in vsu: mūdificāt eni stōm et epar ⁊ mēbra sensuū ab hūoribus friis ⁊ flegmaticis. Soluūt etiā humores colericos ⁊ melācolicos licet pricipaliter soluāt flegmaticos. ⁊ dosis ipsaꝝ esse pōt vsq; ad. ʒ. i. s. licet hic ponatur ꝙ dosis ipsarū est. ʒ. ij ⁊ tēpus assūptionis ipsaꝝ ē celebrata stōi digestione. Et nota ꝙ pfecta et ɔpleta operatio eaꝝ que cōiter fit quinq; horis quantitas cibi post assumēdi d; esse minor quā si nulla assumpta esset medicia. Cuius oppositū mulieres ⁊ generaliter ignorātes faciūt. premisso tamē lauatiuo vt in clisteriis solutiuis cōiter fit. ℞. Jere ⁊c. ⁊ intelligēdū ē de iera galieni supius descripta q̄ est leuis ⁊ tarde solutionis q; solū rōne aloes solutiua materiꝝ colericaꝝ subtiliū principaliter: ⁊ subsequēter materieꝝ flegmaticarū aquosaꝝ. Triū mirabolanoꝝ citrinorū scilicet indoꝝ ⁊ kebuloꝝ. a. ʒ. iij. agarici. ʒ ij. que principaliter soluit materias flegmaticas cōtentas in pectore ⁊ in cerebro ⁊ in aliis mēbris neruosis. Turbith boni. ʒ. x. q euacuatiuus est flegmatis. Epithimi orthēsis. i. ortulani quod euacuatiuū est humore melācolici. anisi ana. ʒ. ij: s. salis indi. ʒ. ij. absinthij scamonee. s. correcte a. ʒ. iij. q̄ pricipaliter ē solutiua humoris colerici ⁊ magne potentie. penidiaꝝ. ʒ. iij. fac pillulas cū succo scariole. i. lactuca siluestris ad remittendū aliqualē acuitatē ⁊ supfluā caliditatem predictoꝝ solutiuoꝝ. Et dosis cōis est ʒ. i. vel. ʒ. i. s. licet ponat eius dosim esse. ʒ. ij. veꝝ hmōi dosis hodiernis temporibus esset superflua.

Pillule aggregatiue inuentione nr̄a hic de pillulis agregatiuis ponūtur tres descriptiones: sed ista prima vsitat̄ et cōiter hēt i vsu vbiq; ⁊ dicūtur aggregatie q; iuuamēta multa aggregāt soluēdo vl̄r oēs materias tā grossas quā subtiles tā calidas q̄ frigidas: s; pricipaliter a pdominio sūt magis solutiue humoꝝ colericoꝝ ⁊ calidoꝝ q̄ flegmaticoꝝ ⁊ frigidoꝝ ⁊ ab oībus mēbris vniuersaliter ⁊ generaliter s; pricipaliter ab epate ⁊ ab aliis mēbris nutritiuis soluēdo materias contētas in eis pricipaliter putridas. ⁊ vsus ipsarū est in processu febriū de materia mixta p eius digōem ⁊ sīme ɔueniūt corporibus q̄ purgātur tpe veris ppter ipsoꝝ preseruatiōem q; mūdificāt ⁊ soluūt materias flegmaticas ⁊ colericas i eis multiplicatas ⁊ in toto corpore sed maxie in stō epate et aliis mēbris nutritiuis. soluūt etiā aliqualiter humorē melācolicū et tēpus assumptionis ē celebrata cibi digestiōe. s. per horā ante diē ⁊ dosis est. ʒ. i. et hic vtiliter aduerte ꝙ pillule solutiue qn̄ in quibusdā; corporibus diu ɔtrahūt morā in stomacho nō dissolute vnde ad actū opatōis nō reducuntur. et hoc maxime ɔtingit ppter debilitatē caloris naturalis et virtutis digestiue in stomacho: vnde necessariū ē in talib⁹ vt vsq; ad tria coclearia mulsi pulli vel alteri⁹ liquoris multū calidi quātū in ore tollerari pōt assumātur et degluciātur in tali acuta mediante caliditate liquefiant pillule si aūt hoc puenerit ex debilitate stomachi caliditatis sed magis ex induratiōe ⁊ petrificatōne pillularū sic iuxta doctrinā principis potius debēt vomitu expelli.

Pillule aggregatiue ſm hāc descriptionē non sunt in vsu.

Pillule eupatorij maiores quidā magistraliter vtuntur eis tñ cōiter nō sūt in vsu ⁊ valent in soluēdo materiā colericā principaliter aquosā; et subtilē vnde ɔferūt ictericie et dolori epatis et opilationi ipsius. Cōferūt etiā ad febres periodicas q paroxismaliter mouentur materia colerica pdominante. et dosis. ʒ. i. s. cū aqua casei vel sine ipa.

Pillule arthetice. i. q̄ ɔueniūt ad dolores articuloꝝ quia euacuāt materias ɔtentas in illis sicut in podagris et principalit̄ sunt solutiue materierū flegmaticaꝝ grossarum contentarū in iūcturis: sunt eni fortiter

attractiue et a pluribus medicis habentur in vsu. Et tempus assũptiõis eaꝝ ē premissa digõe materiei. ⁊ dosis est vsqȝ ad.℈.iiij cuius hec est descriptio. Recipe grana sol diagridij ebuli: ⁊ dentur de sero: si assumens eas nõ cenet ⁊ nocte si sint breues vel post cenã pluribus trãsactis horis.

Pillule de eupatorio minores nõ habẽtur in vsu.

Pillule de reu.i.reubarbaro. Iste vbiqȝ generaliter preparãtur ⁊ hñtur in vsu et pñcipaliter ↄferũt in oĩbus febribus cronicis factis ab hũoribus flegmaticis ⁊ colericis ⁊ principaliter soluũt hũores putridos colericos admixtos cũ flegmate vnde ↄueniunt ydropicis apiendo opilatiões epatis et aquã citrinã soluẽdo. Et dosis ipsaꝝ est vsqȝ ad.ʒ.i.s. de mane alijs ↄditionib⁹ obseruatis ꝛc.

Pillule alhelengi a practicis mgr̃aliter habentur in vsu. sũt tñ vtilitatis ⁊ efficacie quasi ↄsimilis cum pillulis de reubarbaro antedictis. conferunt eni soluẽdo materias grossas et subtiles faciẽtes febres cronicas conferũt etiã dolori epatis facto a materia pungitiua siue ventositate extendente eleuata a materia grossa flegmatica. Conferunt etiã principio idropicis soluendo aquaȝ citrinã ⁊ epar ↄfortando. Et dosis est.ʒ.i.s. Recipe rauech cassie.i.lignee. ierepigre sola tri quod idẽ est quod alhelengi ⁊ est frigide ⁊ sicce complexionis vltra secundum

Pillule ad febres antiquas inuentione egidij philagrij. Iste pillule nõ sũt in vsu nec preparate reperiũtur.

Pillule inde quas scripsit hali. Usus istarũ pillularũ generaliter fit ab oĩbus et vbiqȝ preparate reperiũtur habẽt eni pro pñetates ⁊ iuuamẽta pñcipaliter ad egritudines melãcolicas ⁊ maxie de melãcolia adusta. Illã cũ facilitate euacuãdo soluit etiã materias grossas ⁊ mixtas ac etiã melancoliã nõ adustã. vnde ↄueniũt ad cancꝛ leprã et morpheã nigraȝ que est defedatio cutis et ↄuenit in febribus quartanis ⁊ ad ictericiã nigrã qꝛ de humore melãcolico ex nocumento facto in splene ⁊ sunt hee pillule multũ memorie cõmendãde pꝑter eaꝝ vtilitates. ⁊ dosis ipsaꝝ est.ʒ.i. tempore congruo.

Pillule alandal nõ sũt in vsu nec preparate reperiũtur.

Pillule de sarcocolla raro a medicis vtatur. tamẽ preparate reperiũtur et soluunt materiã flegmaticã et viscosã cũ violentia multa ⁊ iõ ab vsu ipaꝝ est cauendũ. ⁊ dosis ipsaꝝ est ad.ʒ.i.

Sarcocolla gũmi est.

Pillule fetide generaliter sunt in vsu et sic vbiqȝ preparantur. Potenter.n. soluũt materias flegmaticas grossas ⁊ viscosas. vnde attrahunt et soluunt materias ↄtẽtas in iũcturis in cerebro ⁊ mẽbris neruosis.

Cõis tamẽ vsus ipsaꝝ est in fine dictaꝝ egritudinũ neruosaꝝ et maxie in paralisi ⁊ in podagris longi tpis et egritudinib⁹ similibus et cõi vsus ipsaꝝ et dosis ẽ.ʒ.i. cum conditionibus obseruatis p̄dictis superius assumptis. ℞. harmel.i. rute ẽ calida et sicca circa tertiũ gradũ hermodattiloꝝ. ascebram.i. esule et ẽ medicia calida et sicca in tertio gradu et est radix herbe solutiue humoris flegmatici.

Pillule fetide mioris pñt magistraliter preparari sed qꝛ nõ sũt sic ↄsolate sicut precedentes. iõ vsus earũ non est sic ↄueniens: sicut precedẽtes qꝛ maioris periculi. et vsus earũ est vsqȝ ad.℈.ij. tamẽ in qbusdaȝ robustis et fortib⁹ possũt exhiberi.ʒ.i. alijs ↄditionibus obseruatis ꝛc.

Pillule de serapino. Iste pillule preparate reperiuntur lȝ nõ multũ hẽantur in vsu. sũt.n. principaliter solutiue materieꝝ flegmaticaꝝ grossaꝝ et viscosaꝝ a cerebro et a nucha et alijs mẽbris neruosis: et conueniũt doloribus iũcturarũ et ad paralesim et ad spasmũ p̄missa tñ digõe materierum et dosis ẽ ad.ʒ.i. Tucius tñ est ab eis abstinere et vti pillulis fetidis maioribus dictis superius.

Pillule cochie coiter nō reperiunt posi te in antidotario mesue. sed eaꝝ descriptio ponitur inferius in suo de appropriatis. c. de cura sode frigide. Ponitur etiā ipsaruꝫ descriptio cōsilio almāsoris. c. de dolor capitis a materia frigida: ⁊ hec est descriptio q̄ coiter habetur in vsu ⁊ sic vbiqꝫ prepara te reperiuntur. ℞. pulueris ierepigre galie ni. ʒ. x. colloquintide. ʒ. iiij. ⁊ tertiā ptem. ʒ. i scamonee. ʒ. ij. ʃ. turbith sticados ana. ʒ. v confice cū succo absinthij ⁊ dosis eaꝝ com muniter est. ʒ. i. Iste pillule efficaciā ma gnā habent in soluēdo materias frigidas ⁊ flegmaticas in capite contentas vnde sum me conueniunt sode ⁊ dolori capitis facto a materia frigida flegmatica ⁊ etiam cōfe runt passionibus frigidis materialibus mē broꝝ neruosoꝝ ⁊ vsus earū esse dꝫ post di gestionem ꝛc.

Pillule de euforbio. Iste pillule raro habētur in vsu licet preparate reperiātur. Inducūt eni violētiam magnā ex eaꝝ poté tia et acuitate in soluendo flegma frigiduꝫ ⁊ viscosum quod ē cā mollificatōis ⁊ para lisis. vitande sunt ergo nisi i casu magne ne cessitatis: et in corporib⁹ robustis ⁊ fortib⁹ et dosis ipsaꝝ est ana ʒ. ʃ vsqꝫ ad ʒ. i. Eu forbiū est gūmi calidū et siccū in quarto.

Pillule de raneth. i. de reubarbaro hec descriptio nō habet in vsu sꝫ ea que est su perius habetur.

Pillule de mezereon. i. de laureola. hec descriptio pillulaꝝ coiter ē in vsu ⁊ vbique prepate reperitur. sūt enim ꝫuenientes prin cipaliter ad soluendū aquā citrinā vñ coi ter ab omnib⁹ medicis dātur in cura ydro pisis aslitis. Et dosis coiter ē a. ʒ. i. vsqꝫ ad ℈. iiij. obseruatis conditionibus.

Pillule lucis maiores. de istis pillulis ponūtur due descriptiones et ista prima ē illa que coiter magis habetur in vsu et vbi que magis pperata reperitur. Sūme ꝫue niunt in soluendo supfluitates maxime fleg maticas ꝫtentas in cerebro et sunt ꝫserua tiue ṽtutis visiue ⁊ curatiue egritudinū ocu loꝝ q̄ siūt a mā frigida. Et vltra ṽtutē solu tiuā quā hñt sūt cōfortatiue pdicte virtutis visiue sps visibiles multiplicando et cos claros et peruios faciēdo. Et dosis ē ʒ. i. ʃ

℞ sileris. s. montani cassis. s. lignee. ⁊ re liqua sunt nota.

Pillule lucis minores eciā pparātur et habetur in vsu nō tamē sicut pdicte et i op atione quasi ꝫueniūt cū illis. Et dosis est sicut illaꝝ. Attamē iste minores sunt plus so lutiue materie melācolice q̄ꝫ flegmatice. sꝫ maiores magis soluūt flegma et min⁹ mliāꝫ Et cū hoc plus vel magis sunt cōfortatiue cerebri ⁊ instrumētoꝝ sen suum.

Pillule stomatice stomachū et digestio nem cōfortant. et superius posita ē descrip tio pillulaꝝ stomatichaꝝ que coiter sunt in vsu verū hee due descriptiones modicum differūt in virtue et opacionib⁹ Iste enim purgādo humores putridos et corruptos contentos in stomacho ipm̄ stomachū con fortant virtutē digestiuā vigorādo. Et ꝫfe runt egritudinib⁹ frigidis cerebri materia libus. Et dosis cois earū ē ʒ. i. ʃ lꝫ possit dari. ʒ. i. ʃ. obseruatis cōdicionibus ꝛc.

Pillule stomatice alie in operationib⁹ cōueniunt cū supradictis. Et dosis ē sicut i supra declaratis.

Pillule stomatice caput et stomacū cō fortant et mūdificant. Iste pillule possunt mgrāliter pparari et vs⁹ ē quasi sicut pillu larū communium.

Pillule stomatice nostre Iste sūt ille pil lule que coiter pl⁹ habētur in vsu et ab aro matarijs pparātur Ipe eni sūt mūdificati ue materieꝝ grossarū cōtentarū i stomaco et in capite soluēdo principaliter materias flegmaticas corruptas ⁊ maxime subtiles et aquosas. Et sūt pillule satis dome stice. Et earū dosis ē vsqꝫ ad. ʒ. i. ʃ. cum condi tionibus obseruatis.

Pillule alandal non sunt in vsu nec pre parate reperiuntur.

Pillule stomatice nostre de istis pillulis multe ponūt descripciones. Omnes tamē

ꝯueniūt in hoc ꝙ soluūt materiā flegmati‑cam maxime a stomacho cerebro ꝛc. presentes tamē pillule virtutē habent aliqualiter in soluendo materiā colericā. Et dosis eē pōt vsq₃ ad. ʒ. i. s. ꝛ iste pillule stōatice preeliguntur fm volūtatē medicorum eis vtentium.

Pillule de agarico. Iste pillule multū sunt in vsu ꝛ sic vbiq₃ preparate reperiuntur. cōueniunt enī in passionibus capitis ꝛ pectoris euacuādo humores grossos ꝛ adherētes attrahūt etiā oēm materiā a iūcturis vnde ꝯferunt periplemonicis asmaticis tussientibus ꝛc. Et dosis eaꝝ est. ʒ. iiij. ꝛ eorum compositiōem ingreditur radix ireos faciens lilios celestinos ꝛ est calide ꝛ sicce complexionis in tertio gradu. cuius succus sūme confert idropicis asciticis. soluit enī aquā citrinā in copia magna. et dosis eius ē vsq₃ ad. ʒ. iiij. deputatus cū modico mellis uel zuccari spica et cinamomo. Et dosis est. ʒ. iij. predicti succi sic preparati cū. ʒ. i mellis vel zuccari ad soluēdū vsq₃ ad. iiij. asellas. Et de tali potione pōt exhiberi semel in septimana presupposita semper virtutis constātia: ꝛ debet assumi sub actuali caliditate de mane sicut alie potiones: ꝛ iā vidi solū cum hoc medicamie ꝛ alio bono regimie in sex rebus non naturalibus plures idropicos curatos esse.

Pillule que conferunt ad febres colericas cōiter nō sunt in vsu nec preparantur.

Pillule diarodon. vsus istarū pillulaꝝ a quibusdā habetur: nam sunt domestice et magne securitatis in soluendo flegmaticā materiā subtilē ac etiā materiā colericā virtute aloes quod ingreditur cōpōem ipsarū cū hoc etiā sunt confortatiue virtutis digestiue stomaci desiccando putredines in eo ꝯtētas ꝛ oris odorē bonū faciūt. ℞. cunaꝝ i. extremitatū squināti. ꝛ dosis est vsq₃ ad ʒ. i. s.

Pillule turbithacee non sunt in vsu nec preparate reperiūtur.

Pillule alie de turbith nō preparātur sub hac descriptione.

Pillule de lapide lazuli maxie sūt i vsu ꝛ sic vbiq₃ preparate ꝛperiūtur sunt solutie humoris melācolici ꝛ maxime adusti iō cōferūt lepre cancro ꝛ quartane facte a materia adusta. sunt enī magne securitatis ꝛ faciliter soluunt: et dosis est vsq₃ ad. ʒ. i. s.

Pillule de lapide armeno. Iste pillule rarissime habent in vsu q₃ virtute cōueniūt cū pillulis de lapide lazuli antedictis s₃ sūt maioris violentie et potentie in soluēdo et maxime materiā colericā licet etiā melācolicā adustā. ingreditur enī eaꝝ cōpositiōem scamonea que est potentissima ad soluēdū materiā colericā.

Pillule ad oēs morbos catarri nō sunt in vsu.

Pillule dē serapino fm presentē descriptionē non sunt in vsu sed solū fm descriptionē superius positā.

Pillule de bdellio maiores. Iste pillule magistraliter sunt in vsu q₃ ꝯferūt ad superfluū fluxū emorroidarū leniter soluēdo materiā melācolicā que fluit ad venas illas: et subsequēter sunt ꝯstrictiue ꝛ curatiue predicti fluxus ꝛ vlcerū que fiūt in intestio recto ex acuitate ꝛ adustiōe predictoꝝ humoꝝ. ꝛ dosis est. ʒ. i. s.

Pillule de bdellio minores sub hac descriptione nō sunt in vsu.

Pillule de bdellio ex inuentione nostra iste pillule sunt ꝯsimiles ꝛ conformes quasi in uirtute ꝛ modo operatiōis similes cū pillulis de bdellio maioribus. ꝛ dosis earum est usq₃ ad. ʒ. i. s. sunt enī leuissime solutionis ꝛ fluxus emorroidaꝝ ꝯstrictiue sicut ꝛ supradicte. habēt enī uirtutē epatis ꝯtentiuā ꝛ splenis relaxatā ac debilē confortare ꝛ vigorare sicut et predicte pillule maiores

Pillule de colloquitida. Iste pill' sunt magne potentie in soluendo materias grossas flegmaticas uiscosas illas maxime attrahendo a mēbris remotis ꝛ a iuncturis ꝛ cerebro et aliis membris neruosis ꝛ usus ipsarū est uitandus inquantum est possibi‑

le propter ipsarum uiolentiã quã nature in ferunt. dosis tamen eaꝝ fortibus esset. ʒ. i. parui ponderis. Si quis tamen vellet pos set eas admiscere cũ pillulis debilioribus i soluendo. Et nota ꝙ talis sit admixtio di/ uersarum pillularum: aut propter diuersi/ tatem humoꝝ: aut propter diuersitatẽ mẽ brorum in quibus tales materie continent sicut exempli gratia adinuicem admiscent aggregatiue ⁊ cochie quando materia est particulariter mixta ꝺ materia flegmatica cõtenta in capite ⁊ de colerica admixta cũ flegmatica contenta in epate et sic alie pil/ lule possunt adinuicẽ ꝯfici ꝺm diuersitatez necessitatis.

Pillule de oppoponaco a quibusdam habẽtur in vsu ⁊ principaliter conueniunt i egritudinibus frigidis cerebri ⁊ iũcturarũ ab eis soluendo materias flegmaticas gros sas. idest admixtas cum melancolicis. Et dosis est. ʒ. i. sunt etiã solutiue materieꝝ co lericarum licet a predominio flegmatica/ rum.

Pillule de hermodactilis maiores ge neraliter sunt i vsu ⁊ vbiqꝫ preparate repe riuntur ⁊ principaliter ꝯueniũt soluẽdo ma terias flegmaticas que ꝯtinentur in iunctu ris. et dosis est an. ʒ. i. vsqꝫ ad. ʒ. iiij.

Pillule de hermodactilis minores etiã vbiqꝫ vtuntur ⁊ preparate reperiuntur et principaliter conueniunt in soluendo mate ria colericã grossam contentã in iũcturis et subsequenter flegmaticã vnde conferũt pri cipaliter podagre calide. Et dosis est sicut supradictarũ confice cum hzatartico. i. cum electuario solutiuo vt cũ electuario de suc co rosarum.

Pillule de hermodattil' descriptõe nr̃a non sũt in vsu.

Pillule experte ad opilationem epatis. Iste sunt vltime pillule que hic ponũtur in antidotario mesue: et licet ab aromatarijs nõ preparentur possunt tamẽ fieri ⁊ sũt ma gistrales. nã ipse sunt vtilitatis multe secu/ ritatis ⁊ efficacie in aperiendo ⁊ remouẽdo opilationes epatis ⁊ splenis ac stomaci ac in soluendo aquositatẽ ydropicoꝝ ⁊ omnẽ materiã melancolicã flegmaticã ⁊ colericã contentam in predictis mẽbris. Et dosis ẽ vsqꝫ ad. ʒ. iiij. Recipe spice inde idest nar di spice romane. i. celtice. raueth idest reu/ barbari.

Pillule addite.

Extra predi ctas pillulas positas i antido tario mesue describũtur aliq̃ pillule quaꝝ quedã a diuersis auctoribus ponũtur ⁊ quedã solũ magistrales que mul tum ⁊ generaliter habentur in vsu ⁊ sic vbi que preparate reperiũtur. ⁊ primo pillule cõmunes que a vulgaribus dicuntur sine custodia quarum descriptio ponitur consi lio almanlozis capitulo de preseruatone a pestilentia. Recipe aloes. ʒ. i. mirre croci. ana. ʒ. ß. ⁊ cũ vino albo subtili ⁊ odorifero fiant pillule ⁊ sunt principaliter soluentes materias subtiles colericas ac etiã flegmati cas putridas contentas in porositatibus stomaci. In mesaraicis ⁊ in venis capilla ribus epatis ⁊ sunt desiccatiue humidita/ tum contentarum in stomacho ⁊ intestinis vnde virtutes stomaci vigorãtur vnde seq tur confortatio cerebri cum aliquali mun/ dificatione humiditatum ꝯtentarum in ip so. Sunt et maxime preseruatiue a pe stilentia: estiuo aũt tempore tucius esset la uare aloes in aqua endiuie ⁊ predicte de scriptioni adde. ʒ. i. boli armenii.

Et ꝺm predictam descriptionem sunt multum preseruatiue ab egritudinibus q̃ fieri possũt a materia mixta vnde vsus ea rum laudatur i corporibus laxis aptis ad egritudines. Et ipsarum communis do sis est stomacho existente vacuo a cibo. ʒ. vnam.

Pillule de fumo terre. Hec descriptio ponitur ab Auicenna libro quarto Fen quinta.c.de cura scabiei.quaꝝ descriptio est hec. Recipe mirabolanoꝝ citrinoꝝ kebulorum indorum ana.ʒ.v.aloes sucotrini .ʒ.viij.diagridij.℈.v. pulverizentur omnia predicta et in scutella vitrea incorporentur cum succo fumiterre ⁊ permittantur exsiccari per aliquos dies in vmbra facto magdaleone ex ipsis ⁊ complete exsiccentur iterum in mortario fiat puluis: ⁊ iteꝝ in predicta scutella cum tali succo incorporentur quibꝰ complete exsiccatis. Iterū ⁊ tertio fiat puluis et cum tali succo incorporentur: ⁊ ad formā pillulaꝝ postea reducantur. Et sunt solutiue humoꝝ acutoꝝ colericorum mordicatiuorum flegmatis salsi ⁊ omnium humorum adustorum facientium pruritum ⁊ scabiem ⁊ dosis ipsaꝝ vsqꝫ ad.℈.iiij. ⁊ vbiqꝫ preparantur.

Pillule bichichie.sub hoc titulo ab aromatarijs preparantur et ab omnibus medicis generaliter habentur in vsu. Ipse enī non sunt solutiue sed cōferunt tussi sicce cū caliditate ⁊ aspitate canne pulmonis ⁊ gutturis illas partes leniendo ⁊ caliditatem remouendo ⁊ solum tenentur in ore vt humiditas que paulatine liquescit descendēdo ꝑ meri leniat partes illas caliditatē remittēdo et formentur in forma lupini grossi licet denominantur pillule. Recipe succi liquiricie zuccarū electi ana.ʒ.x.amidi dragaganti amigdalarum dulcium mundatarum a. ʒ.vi. Incorporentur predicta cum mucillagine seminis citoniorum ⁊ fiant pillule ⁊ ponitur hec descriptio a Mesue in suo de appropriatis capitulo de cura tussis sicce.

Pillule de benedicta. Iste sunt pillule magistrales que sub nomine pillulaꝝ reperiuntur: sed sumitur eius descriptio a benedetta posita a Nicolao in suo antidotario que cum melle construitur et remoto melle accipiuntur sola aromata ⁊ ex eis fiunt pillule que denominantur de benedetta quarum hec est descriptio.

℞.turbith.ʒ.ß.diagridij.ʒ.v.aloes.℈.ij.hermodattiloꝝ.ʒ.i.rosarum.ʒ.i. gariofiloꝝ.ʒ.iiij.seminis petroselini polipodij salgemme esule doronici zinziberis saxifragie piperis longi amonij seminis apij galange macis spice feniculi carui sparagi brusci milij solis ana.ʒ.quatuor.incorporentur ꝑdicta aromata subtiliter pulverizata cum succo feniculi ⁊ fiant pillule ⁊ fiant pillule quarum dosis est.ʒ.i. Et conferunt omnibus passionibus quibus confert benedicta predicta assumpta in forma electuarij sed plus attrahunt a remotis quia maiorē moram contrahunt in stomacho ⁊ principaliter soluunt materiā flegmaticam cum colera.habent enim opilationes omniū mēbroꝝ nutritiuoꝝ aperire vnde summe conueniunt lapidi renū et vesice et retētioni vrine et doloribus colicis ⁊c.

Pillule de yerapigra galieni. Iste pill' trahuntur ex descriptiōe yerapigre galieni posita a nicolao ī suo antidotario vbi sub noīe pillulaꝝ descripte nō reperiūtur ꝫ solum in forma electuarij sed sūt reducte ad hāc formā ꝑpter maiorē delectatōem ipsorum assumētiū et vt plus trahāt a remotis et ipsaꝝ descriptio est ista. recipe cinamomi croci spice squinanti assari cassie lignee xiloaloes carpobalsami violarū absinthij epithimi sticados agarici rosarum turbith coloquintide masticis an.ʒ.i.scamonee correcte.ʒ.ß.aloes epatice ad pondus omniū. Incorporentur omnia aromata subtiliter pulverizata et fiant pillule: quarum dosis est vsqꝫ ad.ʒ.i. Et principaliter conferunt passionibus capitis nuce neruoꝝ ⁊ iuncturarum de materia mixta a predominio tū materiei flegmatice

Pillule iere galieni harū descriptio habetur septimo terapētice ca.xij. non sub nomine pillularum sed sub nomine pulueris iere qui puluis propter delectationem assumentis ad formam pillularum reducitur. Et sic generaliter ⁊ communiter

est vsus huius pulueris reducti ad formaȝ pillularum: que ab omnibus vocantur pillule de iera quarum descriptio est. Recipe cinamomi masticis assari spice croci xilobalsami a. ℥. i. aloes. ℥. i. fiant pillule cuȝ vino albo subtili vel cum melle rosato colato

Et dosis esse potest vsqȝ ad. ℥. i. s. vbi expedit ⁊ principaliter conueniunt in passionibus stomaci de materia flegmatica ⁊ colerica inbibita in eius porositatibus illam leniter soluendo ⁊ fortiter desiccando virtutem digestiuam stomaci principaliter ⁊ maxime confortant. Pillule alie ex descriptione puluerum iere posita a galieno vi. de regimine sanitatis circa finem. Et ista descriptio ꝓprie est illa que posita ē superius a mesue in presenti antidotario quam ipse describit sub nomine Jere galieni ⁊ est tal' Recipe masticis assari spice xilobalsami: croci cassie lignee. aā. ℥. i. ⁊ fiant pillule.

Pillule magistrales pro regibus inuente nec reperitur a quo auctore sunt descripte quaꝝ descriptio hec ē. Recipe amonij anisi masticis. ℥in℥. cardamomi cinamomi ȝedoarie macis nucismuscate gariofilorum croci cubebaruȝ. Ligni aloes turbith manne agarici sene mirabolanoꝝ omniuȝ aā. ℥. i. Reubarbari. ℥. iij. aloes sulcotrini ℥. vi. sirupi rosati quantum sufficit ad conficiendum pillulas. Et dosis est vsqȝ ad. ℈ iiij. ⁊ sunt satis domestice in operando vel soluendo ⁊ principaliter materiam colericam contentam in nutritiuis: et cum hoc etiam aliqualiter membra deiecta confortando ⁊ materiam flegmaticam euacuando ꝛc

Restat nunc videre de pillulis duabus magistralibus: quibus in secreto vtebatur Thomas de garbo ⁊ prime sunt pillule q̄ multum conferunt passionibus cerebri nuce ⁊ neruoꝛuȝ de materia grossa vicosa difficilis eradicationis quarum hec est descriptio. ℞. cubebarum nucismuscate cinamomi spice anisi Carpobalsami. squināti masticis assari gariofiloꝛum calamenti. a. ℥. ij turbith coloquintide. aā. ℥. iij. mirabolanorum omniū aā. ℥. ij. agarici sene. aā. ℥. i. aloes epatici ad pondus omnium ⁊ cuȝ succo mente vel feniculi: aut ambobus fiant.

Et dosis ē. ℥. i. s. ⁊ sunt incolumes ⁊ multe securitatis et valde conueniūt in fine egritudinum cronicarum.

Secunde magistrales et secrete quibus sepe vtebatur. rex robertus. ad cuius instantiam dinus fuit auctoꝛ et summe conueniūt in passionibus oculoꝛum et aurium confortando visum et auditum ꝑpter quas duas causas principaliter fuerunt inuente: et principaliter euacuant materias diuersas flegmaticas et colericas et melancolicas in capite contentas quarum hec est descriptō ℞. rosarum violarum absinthij coloquintide turbith cubube calami aromatici nucismuscate spice nardi epithimi xilobalsamis carpobalsami sileris montani seminis rute squinanti assari masticis gariofiloꝛuȝ anisi feniculi se. apij cassie lignee macis. a. ℥. ij. mirabolanoꝛum omnium aā. ℥. iiij. reubarbari sene. aā. ℥. v. eufragie. ℥. viij. celidonie. ℥. v. lapidis laȝuli. ℥. ij. s. aloes sulcotrini ad pondus omnium et fiant pillule cum succo feniculi. Et dosis est vsqȝ ad. ℈. quatuoꝛ.

Sompni prouocatiuum.
Vomitus sedatiuum.
Stomaci confortatiuum.
Passioni colerice subueniens.
Epatis confortatiuum.
Epatis duriciem soluens.
Splenis duriciem
Jdropisi.
Colice.
Fluxui.
Renum doloꝛi.

Renum super calefactioni.
Matricis dolori.
Ad herniam.
Pro vermibus.
Spasmo.
Sciatice.
Scabiei.
In excoriatione intrinseca virge.
In dolore causato a ventositate ꝛ frigiditate.
In malis dispositionibus calidis cum excoriatione.
Consolidatiuum vulnerum neruorum ꝛ capitis.
Corrosiuum.
Sedatiuũ dolorum.
Resolutiuum.
Solutiuum ventris.

De vnguentis ꝛ emplastris.

Distinctio undecima de vnguentis ꝛ emplastris. In hac vndecima parte determinat de vnguentis ꝛ emplastris que ab inuicẽ differunt. Nã ad compositionem vnguenti requiritur cera ꝛ oleum in emplastris autem non est expediens sẽp ponere oleum. fuerunt autez adinuenta emplastra ac etiam vnguenta ꝛ cum virtute ipoꝝ diutius pseuerarẽt in loco super quem administrantur. fiunt etiam quandoqz cerota que ad duriorem ꝛ solidiorem formã reducuntur q̃ vnguenta vel emplastra.

Isopus cerotũ descriptione gabrielis ad istam lrãz debet addi vnguentum isopi i. in qua ingreditur isopus hũida ꝛ sub aliis nominibus preparata reperiuntur tamẽ vsus ipoꝝ potest esse magistralis: ꝛ cõiter ista vnguenta in quibus ingreditur isopus humida et sub istis nominibus preparata non reperiuntur ɔueniunt cõiter ad duriciem et nodositates in splene ꝛ epate factas a materia dura melancolica. habent etiãz virtutem resolutiuaz virtute isopi humide que est calide ꝛ hũide ɔplexiõis in primo: lz humiditas sit maior caliditate. Alia etiam que ingrediuntur compõez istoꝝ vnguẽtoꝝ deuominatoꝝ ab isopo hũida et a cera conueniunt ad casdẽ intensiones: et ad alias que ponuntur in littera. debent autẽ ista vnguenta si cum eis fiat fricatio sup aliquod membroꝝ administrari ante assumptionem cibi vna hora bis innouando ĩ die et sub actuali caliditate et maxime temporibus frigidis et licet non fricetur sed super peciem extendantur et ponantur ad mẽbꝝ melius est cum obseruatione predictaꝝ cõditionum. Ecce litteram isopi cerotum ſm vnguentuz ꝛc. olei irini. i. de ireos rasine pini. Et dr̃ isopus hũida q̃ ẽ vnctuositas et pinguedo extracta cum artificio a lana seu a pellibus pecudũ seu similiũ animaliũ. ad differentiam isopi sicce que ẽ herba quedã calide et sicce complexiõis versus tertium gradum.

Operatio isopi hũide. i. modus ſm quẽ extrahit̃ p̃dicta vnctuositas seu pinguedo alanis ꝛc hec isopus humida per se ipsam administrata est medicina sedatiua doloꝝ in membris neruosis factoꝝ a cã frigida et ab hũore melãcolico: lenit enim et mollificat omnem duriciem. vsus tamen eius est vt plurimum admixta alijs medicinis.

Isop cerotũ descriptione filagrij: huic ẽt addendum est vnguentum isopi sicut fecimus in precedenti. tale tamen vnguentum non est in vsu potest tamen magistrales cẽ et cõueniens.

Isopi cerotum descriptione pauli huic etiam addendum est sicut prioribus quod tamen vnguentũ ſm presentẽ descriptionẽ nõ preparatur nec est in vsu. vsus tamẽ eiꝰ essz magistralis et cõueniens dispõibus positis in lr̃a.

Unguẽtuz diasinicõ ɔferens ad vlcera difficil̃ ɔsolidationis nõ est in vsu nec p̃ga

tum reperitur.

Unguentū diasinicon descriptione arabica non est in vsu.

Emplastrum arabicum non est in vsu.

Unguentum nobile relatum ad nicodemum non est in vsu.

Unguentum aliud non est in vsu.

Unguentum Ceraseos magnuz sub isto nomine non est in vsu: sed quia conformitatem et virtutez in descriptione sua ⁊ modo operationis habet cum vnguento apostolorum posito quinto canone ab auicenna tractatu vndecimo ꝙ vnguentum apostolorū est multum in vsu cuius hec est descriptio.

Recipe cere albe resine pini.aā.ʒ.xiiij. armoniaci.ʒ.iiij.oppoponaci.ʒ.ij. florum eris.ʒ.iij.aristologie longe thuris.aā.ʒ.vi. mirre galbani.aā.ʒ.iiij.bdelij.ʒ.vi.litargirij.ʒ.viiij.infundatur bdellium in aceto vini: ⁊ fiat hoc vnguentum cū duabus libris olei hoc modo pulucrizando ⁊ gummi dissoluantur ⁊ fiat vnguentum licet vtilitates ⁊ iuuamenta vti iam dictum est sint cōformia huic dicto ceraseos.

Unguentum Ceraseos paruum. Istud vnguentum non reperitur preparatum nec conformitatem habet cum vnguento apostolorum.

Unguentum Artbani magnuz.i.de pane porcino a quibusdam barbitonsoribus multum hab etur in vsu: sed ab expertis et peritis eius vsus non laudatur virtus autē eius est quia si ab ipso vngatur venter ilia ⁊ partes suminis lenit naturam ⁊ facit fluxum ventris ꝓpter acutas ⁊ fortes medicinas solutiuas que ingrediūtur eius compositionem. Unde tranlit per poros ad interiora vsqz ad intestina. vnde virt⁹ ipsaꝝ solutiua stimulat expulsiuam virtutem intestinorum ⁊ aliorum nutritiuorūz membrorum. Et si stomachus tali vnguento vngatꝰ ꝓuocat vomitum si materia est apta ꝑ superius euacuari. Recipe cucumeris asinini calide est ⁊ sicce complexiōis in quarto.

Unguentum Artbanite paruum nec ab expertis nec a presumptuosis habetꝰ in vsu nec ē tante potentie ut precedens.

Unguentum de lino quod scripsit Auēzoar nō ē in vsu.

Unguentum altbaranō hoc vnguentuz non est in vsu.

Unguentum rosatum sedatiuuz inflammationum sub hac descriptione non est in vsu.

Unguentum violatum etiam sub hac descrtptione non est in vsu nec preparatuz reperitur.

Unguentū de papauere nō ē in vsu ſm hanc descriptionem.

Unguentū basilicū magnū ſm hanc descriptōez vbiqz ab omnib⁹ habetur in vsu ⁊ ꝑpatū repitur ⁊ est cōueniēs vulnerib⁹ cōsolidandis neruoꝝ maxime ⁊ capitis cum quibus nō coniungitur mala complexio calida. Est enim conueniens mundificatiuuz vlcerib⁹ ad ipa cōsolidāda.

Unguentū basilicū minus ⁊ ē vnguentū citrinum ꝑcedens autem est nigri coloris: sub hac descriptione preparatꝰ vbiqz. Et est magis cōueniens in principio vlceꝝ neruosoꝝ et est virtute sua minoris calefactionis abstersionis ⁊ consolidationis ꝙ magnū immediate dictū.

Cerotū sandaloꝝ vltimū ad sedandum inflāmationē nō ē in vsu.

Cerotū galieni vltimū nō ē in vsu.

Unguentum de bdellio quod cōfert ad spasmū est in vsu ⁊ sic vbiqz ꝑpatū reperitur ⁊ cōfert dispositionibus frigidis neruorum ⁊ duriciei ipsorum. vnde iuuat in spasmo lōgi tpis ⁊ palisi ⁊ similibus dispōibus. Et nota ꝙ vsus cuiuslibet vnguenti: et emplastꝝ in dispōibus materialibus dꝫ eē ꝑmissa euacuatione. Recipe cāphore. alia lictera exterior dicit castorei ⁊ ē melior olei sambricini.i.de gessemino quod est calide ⁊ humide cōplexiōis aut olei de herua.i.de viola sarracenica citrina vł rubea ⁊ ē calida ⁊ sicca.

Unguentum valens similiter non est in vsu.

Unguentum philagrij ad spasmum nõ habetur.

Unguentum autem licet in partibus nostris non preparatur magistraliter tamen a quibusdam habetur in vsu ꝛ habet virtutem consimilem cum vnguento basilicõ maiori:sed est maioris calefactiõis et ẽ coloris rubei pp cinabium.

Unguentum de cerusa sub ista descriptione non est in vsu:sed vnguentũ quod vulgariter dicitur album:ab omnibus habet in vsu cuius hec est descriptio. Recipe cerusę.ʒ.ij.olei rosati quantum sufficit ꝛ fiat vnguentum in mortario ꝛ quidam addũt modicum aceti et est conueniens:ꝛ quidam addunt etiam.ʒ.i.litargirij:ꝛ est etiam conueniens qualitercunq; preparetur primum quod est sine aceto ꝛ litargirio est sine mordicatione ꝛ maxime si cerusa primo fuerit abluta cu; aqua rosata ꝛ est conueniens q buscũq; malis complexionibus calidis scilʒ a caliditate solis vel strictura calciamenti vel fricatione superflua cũ calefactione mala ꝛ cum aliquali excoriatione: sicut etiam sepe contingit in membro virili post coitu; cum feda muliere. Secunda descriptio cui additur modicu; aceti ꝛ conueniret talibus dispositionibus:non tamen multum ꝓfundis:nec in membris neruosis. Et descriptio tertia est maioris desiccationis cu; eisdem virtutibus infrigidando: ꝛ vlcera consolidando ꝛ sigillando cum quibus cõiungitur excessus male complexionis.

Unguentum siricum non est in vsu; nec preparatur.

Unguentum egipciacum magnum sepe ꝛ multum habetur in vsu ac preparatur et est coloris rubei ne ab infirmis cognoscat: propter colorem floris eris qui est viridis terrentur enim multum ex vnguento viridi quod est compositu; ex flore eris qui color remanet in ipso:quia non decoquitur: sed flos eris cum decoquitur colorem rubeum acquirit; ꝛ ideo hoc est rubeum quia flos eris decoquitur ꝛ est fortissime desiccationis ꝛ corrodit carnem additam malam et mundificat vlcera mala sordida a superflua sanie. Istud vnguentum egipciacu; qd̃ fit absq; oleo desiccationis ꝛ abstersionis ꝙ viride: sed viride est maioris corrosionis non obstante: quod componitur cum oleo quia ipsum plus ingreditur de viridi eris Est etia; magis penetratiuum ratione olei qd̃ ingredit ad ꝑtes vlceris.

Unguentum trifarmacon sub hoc nomine non est in vsu sed sub nomine vnguenti: de litargirio vsitatur et confert vlcerib⁹ cũ quibus cõiungitur mala complexo calida vnde confert scabei vlcerose et quasi generaliter omnibus dispositionibus quib⁹ cõfert primũ vnguẽtum de cerusa dictum superius et maxime.si litargiriũ lauetur cum aqua rosata cuius hec est descriptio.

Re.litargirij triti.sicut alcool.ʒ.iij.aceti.ʒ ʒ.olei rosati quantũ sufficit .Fiat vnguentũ in mortario absque cera. sicut vnguentum de cerusa dictũ superius. Fit etiam quandoq; vnguentũ de cerusa . ꝛ oleo rosato ꝑ decoctionẽ vt acquirat soliditatem maiorẽ et adherenciã aliqualẽ ad membrũ cũ applicatur s; tunc non est tante infrigidatiõis et maxime quia in eo debet addi modicũ cere. Et similiter põt fieri vnguentum de litargirio oleo rosato ꝛ modico cere.ad easdem intentiones de adherencia ad mẽbrũ et ipsius soliditate cũ predictis virtutibus non tamen cum simili infrigidatione sicut si fiat in mortario.

Unguentum alphesiricon non preparat nec est in vsu.

Confectio alphesiricon nõ est in vsu.

Confectio vnguenti sanantis vlcera antiqua non est in vsu.

Dyatesseron.i. vngueuti isopi non est in vsu.

Cerotum stomachale galieni non ẽ in vsu.

Cerotum diapente nõ habetur in vsu.

Cerotū alexandri nō ē in vsu.

Cerotum aliud eiusdem fortissimum: quod licet non sit in vsu: tamen est conueniens ⁊ magistralis ir fine quarundā disposition ū posita℞ in lr̄a.

Emplast℞ dyaquilon eius iuuamentū notum est. Istud emplastrum similitudinem habet cum vnguentis: nisi quod est solidioris substantie est multum in vsu ⁊ preparatum reperitur vbiq₃ ⁊ eius vsus est conueniens ad dissoluēdā apostemata dura et melācolica propter mucillagines ingredientes ⁊ sepe post apertionem formiculo℞ ⁊ similium apostematum approximatur ad leniēdum duriciem que remanet in eis ⁊ habet virtutem consolidatiuam vlcerum que sunt cum nodositate ⁊ duricie ꝑpter litargiriu₃ quod ingreditur ipsius compositionem vtilitate₃ etiam facit ad dissoluendum scrofulas ꝛc.

Emplastrum dyaquilon magnum non est in vsu.

Dyaquilon paruum. Istud vnguentu₃ siue emplastrum habetur in vsu ⁊ preparatum reperitur descriptione primi diaquilō ⁊ habet easdem virtutes ⁊ operationes. Et istud generaliter plus preparatur ⁊ vbiq₃ plus ꝑpatur q̄ꝫ primum.

Emplast℞ de granis.i.de baccis lauri est in vsu ⁊ vbiq₃ preparatur. Ipsum eni₃ cōfert ad omnes dolores factos ex frigiditate ⁊ ventositate. ⁊ ꝑprie cōfert dolori stomachi ⁊ vesice ventris matricis et renum siue approximatur ab extra siue p clisteria. vnde multum confert dolori colicis eleuatis ventositatibus a materia grossa flegmatica et in talibus eo multum vtimur ponendo de eo.ʒ.i.in clisteri carminatiuo ventositatis vsq₃ ad.ʒ.i.ipsius cum alijs que expediunt. Recipe ꝛc. mellis calidi.i. liquefacti quantum sufficit ad aggregandum.i.cōficiendum in panno.i.super panno. Et nota ꝙ ē mirabile ad idropisim si in tripli ci ꝑportione ponatur plus de ciperis q̄ꝫ sit ꝑportio ipo℞ nunc dicta: et ponat̄ de stercore sicco capra℞ aut vacca℞ ad pondus omnium addendo de melle quantum expedit ad formam emplastri et ē mirabile approximatum super ventrem ad ascitem et tympaniten.

Emplast℞ stomachum et epar cōfortās non est in vsu.

Emplastrum de gallia cōferens ad fluxum ventris nō habetur in vsu posset tamē magistraliter confici.

Emplastru₃ aliud de gallia similiter nō ē in vsu.

Emplast℞ relatum ad andromacū hoc etiam non ē in vsu.

Emplast℞ aliud andromaci. Istud silr̄ nō ē in vsu.

Emplast℞ sinapis mūde descriptōe democriti. non ē in vsu nec ꝑpatur: vsus tamē eius esset cōueniēs maxime in passionibus de materia frigida flegmatica in ꝑfunditate contenta: sicut i sciatica passione ⁊ hoc in declinatione. ecce litteram. Recipe aceti ficuum siccarum: ⁊ in quo ficus sicce steterunt infuse.

Emplastrum de fermento descriptione democriti nō ē in vsu magistraliter tamen posset preparari. ⁊ vsus et virtutes sunt sicut de emplastro de synapi immediate antedicto. conueniunt etiam in attrahēdo spinas et sagittas infixas in ossibus ⁊ in alijs membris: et alias consimiles operationes et virtutes habet quas ponit in littera imo et fermentum per se solum habet consimiles operationes.

Emplastrum filij zacharie non ē in vsu eius tamen operatio esset multu₃ magistralis maxime leniendo et mollificando omē₃ duriciem et nodositatem contentam in iuncturis.

